UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

III. Decembris. S. Sola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. Sola natione Britannicus in auxilium S Bonifacio ſubmiſſus, eius diſcipulus in inſtituto monaſtico fuit, atq; ab eodem presbyter ordinatus, miro virtutum ſplendore clarus enituit. Locum incoluit, cellam vel curiam Solonis dictum, quem à Carolo Magno poſſidendum accepit. Quin & accolæ regionum illarum vndecunq; aduentantes, prædiorum ſuorum partes tradidēre. Quæ omnia ſibi oblata cænobio Fuldenſi ſubiecit. Cæcum natum S. Crucis ſignaculo illuminauit. Claudum diuinâ virtute erexit. Surdum & mutum oratione curauit. Aliquando aſello inſidens iter agebat, quem lupus deliteſcens terrebat. Ille deſiliens, Signo S. Crucis munitus, iubet aſinum irruere in lupum: atq; ex præcepto eius præualuit aſinus, necatus eſt lupus. His aliisq; virtutum inſignibus quotidie clareſcens, laboribuſq; vitæ ſolitariæ totus exhauſtus ad ſempiterna præmia lætus euolauit, III. Non. Decembr. circa annum Dom. DCCLX. Multis poſt annis Altinus V. Eyſtettenſis Epiſcopus obtinuit apud Gregorium IV. Pont. Max. vt S. Sola de tumulo leuatus, Diuorum numero adſcriberetur. *Ex vita per Ermenoldum ſcriptâ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN